Quelle: https://manuscripta.at/?ID=792
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



5

mnera. Et responso accepto ne redirent ad herode: p alia via reuisi sunt in regionem suam. Redd die. Offertorium
Reges tharsis et insule munera offerent reges arabum et saba dona adducent et adorabunt eum omnes reges terre omnes gentes seruient ei. Secreta
Ecclesie tue quesumus dona intuere. quibus non aurum thus et mirra profertur sed quod eisdem muneribus declaratur immolatur et sumitur ihs xpus dns nr. Qui tecum. Prefatio Qui cum unigenito. Infra actionem hac sola die Communicantes et diem sacratissimum celebrantes. quo unigenitus tuus in tua tecum gloria coeternus in veritate carnis nre visibilis corporalis apparuit. Sed et memoriam venerantes. Imprimis eiusdem gloriose semper virginis marie genitricis eiusdem dei et dmni nri ihu xpi. Sed et beatorum apostolorum Communicantes
Videntes stellam eius in oriente et venientes cum muneribus adorare dominum. Postcommunio
Quesumus domine deus nr. ut quie solemnia celebramus officio. purificate.